precibus ſibi impetrauit. Et multa alia falſiſſima dicit/ de q̄bus latius narrabimus in fine p̄ſentis operis: cum dicemus viſionem maxime fictionis/ quam ſeipſum vidiſſe aſſerit. Item palam dicere videtur de angelis/ q̄ ſunt corporei: Dicit enim in capitulo Sad in pluribus locis: q̄ angeli ex igne creati ſunt: homines autem ex terra. Dicit enim in alijs locis: q̄ ſunt magni ſpacio: ſicut in ſequentibus dicetur. De virgine autem Maria dicit palam in capitulo Abraam: q̄ ipſa fuit filia: Abraam Abraam autem pater fuit Moyſi & Aaron. In capitulo autem Mariem: quod interpretatur/ Maria: palam dicitur: q̄ Maria mater chriſti ſoror fuit Aaron: Et q̄ Moyſes & Aaron habuerunt quandam ſororem quę Maria appellabatur: & q̄ hi tres erant filij Abraam: quod manifeſtum eſt in ſexto paralipomenon. Sed inter hanc Mariam & beatam virginem Mariā matrem Ieſu chriſti filij dei/ mille quingenti anni interceſſere. Et prima quidem Maria in ęremo mortua eſt quando Moyſes duxit per ęremū filios Iſrael ad terram promiſſionis. Tūc autem nec̄ Rhoma ędificata erat: ſed poſt hęc fūdata fuit in tpibus Eęchię regis Iudę qui fuit poſt ſeptingentos & plures annos. Ieſus autem chriſtus poſt Eęchiam regem natus eſt ex virgine Maria: genitus in tpibus Octauiani imperatoris/ poſt ſeptingentos & plures annos ab Eęchia: Quo tempore iam Rhomani mundi monarchiā tenebant: & miſerunt reges in Iudęam: Vnde & iudęi teſtati ſunt: ſe non habere regem/ niſi cęſarem. Et nota q̄ ſicut dicit Auguſtinus: Rhoma fundata eſt in temporibus Achaç: vel ſcd'm quoſdam alios/ Eęchię: Et tunc habitabat populus Iſrael in terra promiſſionis: quod fuit ſeptuaginta quinq̄ annis. Vigintiſeptem peruenerūt quidem ad Ieſum Naue: Tempore autem iudicum/ anni trecenti vigintinouē: ex quo incęperūt eſſe reges illic trecentis ſexagintaduobus annis. A quo autem urbis fundamenta iacta ſūt uſq̄ ad natiuitatem chriſti/ ſeptingenti quinquagintaduo anni interfuere: ſicut dicit diaconus Paulus in Rhomanis hiſtorijs. Permiſit igitur ſpirituſſanctus Mahometū ſic manifeſtū mendaciū capere/ ut quilibet homo facile deceptionem animaduerteret. De chriſto dicit idem: q̄ ille nec̄ eſt deus/ nec̄ dacium de filius dei; & q̄ ipſe chriſtus de ſeipſo hoc nō dixit; ſed q̄ apud chriſto.

Octauum mendaciū de virgine Maria.

Numeri xx. a.

Ioh. ix. c.

Auguſtinus. xviij. li. de ci. dei

Pauluſ diaconus.

deum se humiliter excusauit/nunq; mundo hoc dixit. Hoc au
tem manifeste est mendacium: scriptum enim est in euangelio
Ioannis/q; ipse dixit seipsum filium esse dei. & tunc iudei vo=
luerunt eum quasi lapidare propter blasphemiam. Dixit autē
& seipsum equalem esse deo: & principium/quod soli deo ma Ioh. x. f.
xime est proprium: dixitq;: Si verbis meis non vultis credere
credatis operibus. Ante autē demonstratum est in tertio capi
tulo: q; impossibile est q; saraceni dicunt corruptū esse euan=
gelium: & q; euāgelium quod est apud nos/& vetus testamē
tum debent suscipere: Sed & ipse Mahometus in capitulo Ela
caph/querit demonstrari ei auctoritatē libri qui scriptus est
ante Alcoranum: Post hec dicit de christo: q; ipse neq; crucifi=
xus est/neq; mortuus: sed deus in fine mundi faciet hunc mo=
ri & alia infinita mendacia/quorum contraria in euangelijs &
alijs scripturis continētur: que longum esset enarrare. De deo
autem simpliciter asserit: q; nullo modo possibile est eum ha=
bere filium: quoniam uxorem non habet: & hoc continue re= Decimum
petit dicens pro alia quadam forti argumentatione. Hec autē mendaciū
argumentatio similis est/sicut si quis dicat: deum non esse sub de deo.
stantiā/quoniā non habet accidens vel non viuere/ quoniam
non comedit vel respirat: fatua est talis phantasia/ & hominis
carentis intellectu & ratiōe. Christiani enim nō tanq; ex mulie
re dant filium deo: sed sicut ex igne caliditatem/ex sole autem Quō filī=
splendorem/ & verbum ab eo qui loquitur quæ omnia ve= us ex pa=
re dicunt gigni: & si non ex muliere: filius enim dei splendor tre.
est: & verbum sempiterni patris coeternū & cōsubstantiale/
& in eadem equalitate: Sicut autem caliditas & splendor non Heb. i. a.
separant ab igne: ignis tamen aliquādo a splendore nobiscū Aptissima
sine caliditate cōmunicat: sicut in luce lampadis: aliquādo aūt argumen=
caliditas absq; splendore est: sicut in accenso ferro: Sic & fili= tatio a sili.
us dei potuit icarnari: & absq; q; incarnatus esset pater vel spi
ritussanctus: & si indiuisibilia sunt opera trinitatis: Sic rursus
filius dei/& verbum dei patris potuit insensibili libro scribi/
ut ab hominibus legeretur: & sensibiliter opera eius viderent
& esse carni vnitus. Et liber quidem scriptus/potuit interrum
pi: verbum autem domini manet in eternum. Sicut & regis
mandatum; qui mittit verbum eius in libro ad terram que sub ps. cxviij.
m.

eo est: ipsum autem verbum nunq̃ conburi potest: liber autẽ comburi potest. Dicunt igitur christiani/ christum cum sit verbum dei/ filium esse dei. Hoc idem & Mahometus de eo dixit &si neq; sciebat/ neq; intelligebat. Dicit enĩ in Alcorano in capitulo Elnesa: quod interpretatur/ mulieres: q̃ christus Iesus filius Marię/ verbum est dei: & spiritus est dei. Quare igitur non dixit Mahometus: q̃ impossibile est deum habere verbum vel spiritum/ quoniam uxorem non habet? Querendum igitur a Saracenis: ut querant ipsi a Mahometo/ quando dicit christum verbum esse dei & spiritum ex deo: utrum de spiritu vel uerbo dicit de accidentali quod proferẽ: vel de essentiali id est creato: Sic non solum verbum & spiritus dei est a deo/ sed & verba & spiritus aliorum prophetarum & aliorum hominum beatorum: Et scd'm hoc non magna quedam laus est hęc de christo: quem Mahometus proprie & supra omnes homines vult constituere. Sed neq; propter talem rationem & talẽ spiritum pluraliter deus de seipso loquitur: sicut inducuntur in toto Alcorano. Si autem dicit de increato & essentiali verbo dei & spiritu: sic utiq; nobiscum sentiunt tam de incarnatione/ q̃ de mysterio trinitatis: Item dicit Mahometus de deo in capitulo Elminim: q̃ si deus haberet filiũ: in periculo iam totus mũdus esset: Esset enĩ schisma inter eos. Hęc autẽ suppositio valde falsa est Supponit enĩ/ nõ possibile esse deũ habere filiũ nisi iniquũ & audacẽ & inobedientẽ. Nos aũt dicimus: q̃ filius dei est verbum dei/ & scientia patris/ per quã oĩa operat Verbum autem comprehensum in mente/ & artificis scientia nunq̃ in homine separatur a concipiente intellectu. Nisi alicubi blasphemans Mahometus dicat: dissentire ad seipsum deũ & contraria dicere suiipsius intellectui & cogitationi. Itẽ Mahometus dicit in capitulo Eleçat: q̃ deus & angeli eius orant p Mahometo & saracenis. Quod quidẽ est angelorum/ est omittendum: Deus autem quando pro eis orat? Quem orat? Angelos/ vel hoĩes vel seipsum? Sed hoc est mendaciũ: orat seipsum: & maxime scd'm Mahometum/ qui verbi incarnationẽ negat: & neq; personarum discretionem ponit in diuinis. Posnit autem & alia mendacia quędam & impossibilia: sicut in capitulo Elasiar dicitur quasi ex persona dei: Si hoc miseri-

Aliud ar.

Aliud mẽ dacium de deo.

Aliud mẽ dacium de deo.

Alia mendacia ex alcorano.

mus Alcoranum ſuper unum montem: videres iam eum uti⸗
q; ſciſſum a reuerentia & timore dei. Et ſicut in capitulo Elca⸗
minar: quod interpretat̃ /luna/ dicit: q; luna contrita eſt: & mul
ta alia quę longum eſſet enarrare. Vnde poteſt omnibus ſapi⸗
entibus manifeſtum eſſe: legem illam non eſſe a deo / quę tot
& ſic manifeſta continet mendacia. Inueniuntur autem poſt
hęc & alia quędam abſona/ quæ tanq; firma ſaraceni affirmãt
tranſlata ex Alcorano in modum expoſitionis: continentur
autem palam in libro Mahometi de expoſitionibus: ex qui⸗
bus cum multa ſint/ pauca hic cõmemorabo. Vnum eſt quod
dicit: q; creatum fuit cœlum ex fumo: fumus autem ex exha⸗
latione maris: mare autem ex quodam monte/ qui Caph ap⸗
pellatur: & is circũit totum orbem terrarum & ſuſtinet cœ⸗
lum. Dicit q; ſolem & lunam ęqualis lucis & virtutis fuiſſe:
& nullam diſcretionem eſſe inter noctẽ & diem. Aliquando
autem accidit: q; dum volaret Gabriel/ ala eius lunam tetige⸗
rit: quæ & ſicut nunc videmus / obſcurata eſt. Item dicit &
ſuem agreſtem ex ſtercore elephantis natum eſſe: murem
autem ex ſtercore porci: cattam autem ex fronte leonis. Hoc
autem iſto modo ex ponitur. Cum enim Noe eſſet in arca
cum filiis & animalibus/ quando ad latinam/ ſeceſſerunt / in⸗
clinata eſt arca: & maxime quando Elephas aderat: Et pro⸗
pterea: quod valde timuit/ conſuluit Noe deum. Qui dixit:
Recede/ & adora podicem eius ad foramen ex quo proue⸗
nit ſtercus. Quo facto ſimul exiuit ſtercus / & cum eo porcus
valde magnus: cuius roſtro ſtercora ſicut conſueuit: effoden
te: mus natus eſt: & incępit rodere tabulas arcę: Et tunc ma⸗
xime timuerunt. Et interrogans Noe dominum / percuſſit leo
nem in fronte: Et exiuit muſtela per nares eius. Et hanc di⸗
cunt eſſe cauſam/ propter quam carnes porci non licitas eſſe
dicunt: Dicit autem rurſus in eodem capitulo: q; deus in fi⸗
ne mundi interimet omnem creaturam / & angelos / & arch⸗
angelos: & nihil relinquet viuens pręter deum & mortẽ quę
eſt angelus quidã/ qui dicitur Adriel. Tunc mandabit domi⸗
nus Adrieli ut interimat ſeipſũ. Quo facto/ clamabit dñs voce
magna/ & dicet: vbi ſũt ſatrapę mũdi & p̃ncipes: Et poſt hęc re

Alia mẽ⸗
dacia ex al
corano ex
cerpta cõ⸗
mentariis.
Fabula de
creatõe ce
li / fumi &
maris.
Fabula de
ſole & lu⸗
na.
Alia fabu⸗
la.

Alia fabu⸗
la.

Cauta obuiatio saracenorũ & falsa.

surgent omnia. Ipsecꝫ rursus Mahometus fecit librum: in quo scripsit duodecim milia verborũ mirabilium. Mirantibus autem & quęrentibus quibusdã si omnia illa vera sunt: Respondit sola tria milia veritatem habere: alia autẽ falsa esse. Quando igitur in prędicto libro falsum quoddam deprehenditur: dicunt saraceni/ & hoc Mahometum dixisse: non omnia esse vera: & hoc ex illis esse: reliquum autem totum in suo robore permanere. Credo etiam idem facere saracenos in Alcorano: Etsi enim multa mendacia deprehenduntur in eo: tamen propter quędam quæ in ipso continentur vera/ sicut dei verbum in precio habetur apud eos. Dictum est autem nobis superius ꝙ sicut dicit Augustinus: Si unum solum verbum falsum in euangelio inueniretur: iustum esset/ ꝙ totum euangelium friuolum & vanum existimaretẽ & fabulosum. Ego aũt firmiter sensi: ꝙ Saracenorũ maxime sapientes/ & qui litterarum peritiam habent/ verbis Alcorani nullam adhibent fidem: sed fictionem doctrinę eius auertunt: Signum autem huius: ꝙ cũ alijs sapientibus hi publice disputare recusant: sicut ego per experientiam ipsam cognoui: Et ipsum Alcoranum in medium afferri nolunt vehementissime enim tristantur cum ab alijs legitur: & nequaꝫ volunt in alias linguas ipsum transferri. Scimus autem/ ꝙ purum aurum/ necꝫ aquam timet/ necꝫ ignem/ necꝫ indicem: Et propter hoc christiani veritati dei confidentes: quæ fortissima est/ & manet in ęternũ/ libẽter de euangelio cum alijs nationibus disputant: & gaudent cum alijs nationibus disputare: & gaudent cum ab alijs nationibus legi deſiderantꝫ ipsum oĩbus publicari: & in alias linguas transferri: & non litteris solum sed etiam scripturis publicis christi passionem ostendunt: quid ab alijs gentibus ludibriũ & ignominia videtur.

Rñsio & cõfutatõ obuiationis.

Cõclusio.

ps. cxvi. a

Q violenta sit lex Saracenorũ: Capl'm decimũ.

Ecimo debemus considerare: ꝙ alcoranum non est lex dei: violẽta enim est. Et ut breuiter dicam: lex hęc proprie dici potest lex cędis & mortis: non solum ꝙ ad ęternã mortẽ nos mittitt sed ꝙ corporali cęde hoies cogit credere his quæ ab eoipso dicuntur: Et in ipso Alcorano in capitl'o Emparaca: quod interpretat'/ vacca/ dicitur: ꝙ in lege

d

dei nõ est compulsio: & ꝙ iam definitũ est ęquum ab iniquo. Quæ enim est maior compulsio/ ꝙ cędes. Lex igitur quæ per hanc homines compellit/non est lex dei. Ipsi autem Saraceni vocant eã denominatiue Elesalẽ: quod interpretaẽ: lex salutis dei quæ pprie debet dici (sicut dictũ est) lex cędis & mortis. Et hęc via commoda fuit tali legi & legislatori: ut timore mortis corporalis/cõsentiant legi mortis ęternę: sicut econuerso christiani corporalẽ mortem cõtemnentes/vitam ęternam consequunẽ. Vt vidit igitur Mahometus/ potius autem alumnus eius diabolus/legem hãc a diuina lege omnino differre: & ab ea quæ in veteri & nouo testamento: & ad seipsam dissentire & absq; omni ratione & miraculo/manifesta mendacia continere: & cum existimaret multos propter hęc fore/ qui ei cõtra dicerent: dedit ipsi Mahometo instrumentũ propriũ/id est ensem ad interimendum: & ipse dedit mandatum in lege: ut interimerenẽ quicũq; huic legi ad uersarenẽ/ & non crederent: Et propter hoc non in uno capitulo solum dicit̃: sed per totum libru m/sicut mandatũ quoddam uniuersale: interimite: interimite. Hęc via manifeste cõtraria est christo: qui mandat & inimicos amare/& pro psequentibus orare: & eis qui nos offendunt/benefacere. Sed Mahometus Antichristi pręcursor existens/ viam preparauit in mundo filio perditionis. Quæ via quãtum est irrationabilis/ manifestum fuit in octauo capitlo. Etenim sicut dicit Augustinus: Cęterum potest homo inuitus credere: potest etiam confiteri ore qui cogit̃ credere: corde aũt credere minime cogi potest: cũ ipse dñs maxime cor ab homine quęrat: Iuxta illud: Fili prębe mihi cor tuum. Deductus aũt fuit Mahometo & auunculus eius dicẽs: Quid mihi si hoc nõ fecero fili fratris mei? Cui iam Mahometus respondit: Interimam telo auuũcule. Hic autẽ dixit: Impossibile est esse quoddam aliud. Nihil aliud/dixit: & dixit auunculus: Sequar te ad quodcunq; volueris lingua tm̃/sed non cordẽ/timore ensis. Omar autẽ filius Catempadi coactus dixit: Domine tu scis ꝙ solo timore mortis fio Saracenus. Et filius autẽ Empiascaa timore ensis factus est saracenus: Vnde misit & litteras ad Mesce: quas mulier quędam occultauit sub crinibus capitis: nuncians his q sũt in urbe aduentũ Mahometi/ut cauerẽt ipsi vim

Augustinus.

Prouer. xxiij. c. Violenda Mahometi.

d

Hans mehr anderssen

¶ Quattuor saraceno⸗rum par⸗tes seu ge⸗nera.

doctrinę illius. Notandum autẽ quattuor esse partes eorum qui retinent errorem Mahometi: Prima eorũ qui ingressi sunt saraceniſmũ per ensem/ut dictũ est: qui etiam nunc eorũ ipso rum errorẽ cognoscentes / resipiscerent utiq; /nisi eum ꝓpter ensem timerẽt. Alia particula eorũ est/ q decępti sũt a diabolo credentes vera esse mendacia. Tertia particula est eorum qui nolunt discedere ab errore maiorum suorum: sed dicunt deti⸗nere ea quæ eorum patres detinebãt: a quibus maxime discę⸗dunt/qui pro idolatria quam prius detinebant/ Mahometi se ctam tanq; minus malam sine dubio elegerunt. Quarta pars eorum/qui propter remissionẽ vitę/& mulierum multitudi⸗nem/& alia remissibilia potius in his ĩmundiciã q̃ ęternitatem futuri seculi amauerunt: & cum his concordes sunt/qui apud eos sapientiores appellant̃: & qui litterarum peritiã habent/ non credunt legẽ illorum esse verã vel bonã simpliciter: Sed vęhementia voluptatum sedat iudicium rationis: prout dicit sapiens: Sicut & multi litterarũ experti apud christianos non seruant euangelij legem & si credant veram esse & bonã/ po⸗tius imitant̃ viam Alcorani: q̃uis credant in veritate illum er rasse. Et huius rei signũ in utrisq; est: transmutant̃ enim qui⸗dam saraceni in christianos: & christiani quidam fiũt sarace⸗ni. Christianus quidem nunq̃ in morte fieret saracenus/sed in vita: saracenus autẽ in morte potius fit christianus q̃ in vita. Vterq; igitur horum potius elegit christianus mori q̃ sarace⸗nus/nisi aliquo modo prędicta vi abstrahatur. Tria sunt ma⸗nifestissima signa violentię/prędictę legis/absq; his quæ to⸗tiens ante dicta sũt. qđ quidẽ fuit: q; totiẽs dicit & mandat inte rimere. Primũ signũ est: q; Mahometus illis dixit intãtũ ꝑma⸗nere legẽ eius/inquantũ eis ꝑmaneat & in armis vis/ & tꝑalis potentia. Sed sicut dicit Chrysostomus: talis est ver itatis natu ra: ut & cũ a multis oppugnat̃/fortius inualescat: & ecõuerso mendaciũ cũ a multis adiuuat̃/in seipso debilitat̃ Veritas igit̃ nõ indiget auxilio ex temporali potentia: & maxime domini veritas/quæ manet in ęternũ. Christianorũ enĩ lex persecũtio nis tempe trecentis annis continue durante/maxime creuit/& nũmero fideliũ/& splendore miraculorũ. Signũ autẽ hoc vio lentię legis apud illos: Quando enim ad doctrinã conueniũt/

¶ Tria signa violẽtię le gis sarace norũ.

Primũ si⸗gnum.

Chryso⸗stomus.

ꝑs. cxvi. a

Secũdum signum.

Quarta.

Secunda.

Tertia.

ut legem eos ſaracenorũ magiſter doceat: & qui debet propo=
nere verbum: primum nudans enſem/nudum manu detinet/
inquantum docet vel ponit ad terrorem in quodam eminenti
loco. Chriſtiani autem docentes: non enſem/ſed crucem tol=
lunt: nõ violentię/ſed manſuetudinis ſigna oſtendentes: tanq̃
homines qui mittuntur a chriſto/ſicut oues in medio lupo=
rum. Tertiũ autem ſignum cędis & violentię/ eſt: ꝙ aſſeſſinij
a ſaracenis nutriunt/homicidę hominũ futuri: quibus ex ipſa
actione actiua & paſſiua vitam ęternam ꝓmittunt: & mittunt
eos per orbem terrarum: ut principes mũdi doloſe interimãt.
Hi autem aſſeſſini caſtra habent & arces circa Liltum mon=
tem: obediuntq; Sultano Babylonis/ qui eſt caput Saraceno=
rum: Hiq; legibus & ordine ſaraceni ſunt/& non vocantur aſ
ſeſſini a ſaracenis /ſed Hiſmaelitę: quaſi radix & tribus ſara=
cenorũ/ & primi defenſores & conſeruatores legis Mahome=
ti: Ad hoc enim prȩcipue inſtruunt̃ & nutriunt̃ /ut cędem faci
ant. Hoc ſcelus non chriſtiani ſolum/qui ſanctiſſimam legem
habent/abominant̃: ſed & Tartari: qui nullam legem ſeipſos
habere dicũt/prȩter naturalem. Ex his igit̃ apparet manifeſte Cõcluſio.
ꝙ ſaracenorũ lex/lex eſt cędis & violentię: Eſt autẽ violentũ violẽtum
cuius motus ẽ ab extra: ꝙ nullũ momentũ huius ꝙd mouet̃re ꝙd ſit.
mittit: ut dicit Ariſtoteles. Et ex hoc manifeſtũ ꝙ nõeſt ex dei.

Q2 Alcoranũ nõ eſt lex dei: inordinatũ em̃ eſt: Cap̃. xi.

Ndecimo conſiderandũ: ꝙ Alcoranũ nõ eſt lex dei
v inordinatum enim eſt: Quę enim a deo ſunt/ordina
ta ſunt: ut dicit Apoſtolus. Videmus autem hoc in Rhoma.
operibus naturæ & in ſacris ſcripturis. Firmiſſimũ enim non xiij. a.
ſolum chriſtianis/ſed etiam ipſis ſaracenis: Moyſi legẽ & pro
phetas & euangeliũ a deo eſſe: Hęc autem oĩa ordinata ſunt.
Moyſes em̃ valde ordinate incipit a mundi creatiõe: & dein=
ceps totũ pentatheucũ ꝓcurrit ſcd'm ordinẽ tꝑis & hiſtorię: & ordo teſta.
alij aũt ꝓphetę bene ordinate ꝓceſſerũt ſcd'm ordinẽ tꝑis: de veteris.
monſtrãtes qñ & quibus regibus/vel ſcd'm ordinẽ hiſtoriæ/
vel ad minus ſcd'm ordinẽ materiæ: Et euãgeliũ bene ac ordi=
natiſſime ꝓcedit/& tꝑis ordine/& hiſtorię/& materię: Incipit
quidẽ ab incarnatiõe & natiuitate xp̃i: deinceps aũt de vita & Ordo euã
doctrĩa & miracul'eis: & poſt hęc de morte & reſurrectiõe & gelij. ℓ

Ordo nul lus Alco rani.

assumptione dicit. Alcorano autem omnino nullus est ordo temporis: Neq; enī dicit quibus regibus: vel scd'm quod tempus. Neq; hist orię ordo est: Primum enim capitulū unde incępit/dicitur inscriptio/ vel aperitio libri: in quo indubitato proprie incępit ab oratione & laude dei: Et absq; medio/post breuem orationē tractatum incępit. Et est capitulū secundum de fulua boue/quā obtulit Moyses: cuius historia est ī Leuitico. Tertium autē capitulum est de domo Abraam: qui fuit pater Moysi: In quo multa de christo interserit: & dicit virginē Mariam sororē fuisse Moysi & Aaron: Et deinceps sequit quartum capitulū de mulieribus. Similiter autem & de alīs sic inordinate procedit: adeo/ꝙ nemo est qui possit reddere rationem ordinis historię & capitulorū. Et neq; materię ordo est: nūq; enim unam materiam bene ordinateq; ꝓtransit: sed deinceps ab una materia ad alteram suppositionē omnino impertinentem transfert tanq; abstractus: Sed & neq; ordinē habet argumentationū/vel alicuius demonstrationis: sed omnis doctrina ex suppositione procedit: & suppositiones quandā ꝓpositionem per/seipsam veram/ex illa aliam quandam cōcludit/ quæ nihil cōmune habet ad primā: sicut est continue quod ab eo dicitur: ꝙ deus est excelsus & bonus: & ꝙ Alcoranum lex est salutis: & deus est deus: & ꝙ nullus est alius deus ꝑter deū: & Mahometus est ꝓpheta verus. Quę autem hęc conclusio: Mahometum esse verum dei seruū: & ꝙ deus est deus? Et in capitl'o Elmaiada: quod interpretatur/mensa/dicit: Constituit nobis deus domū Elaram: id est vocatiōis: Hęc est domus mēsę: Mensis est ieiunij saraceniſmi: Et hoc est/ut sciatis: ꝙ deus omnia nouit quæ sunt in cœlo & quæ sunt in terra: & deus scit quicquid est. Sed quis est tam demens/ ut dubitet quin deus sciat omnia? Sed posito ꝙ dubitet ab aliquo: quæ est hęc consequentia: ꝙ mensa & ieiuniū mensis saraceniſmi faciat scire: ꝙ deus scit omnia? Et continue autem videt loqui tanq; somniator: & maxime circa finē libri: ubi vident ei verba deficere: Sicut in capitl'o Elcapherū: quod interpretat': hęretici: dicit de verbo ad verbum: O execrabiles: non adoro quod vos adoratis: neq; vos adoratis quod ego adoro: Ego non adoro qd' vos adoratis: neq; nō adoratis quod ego adoro. Vobis vestra

Loquitur Mahometus ut somnitor.

lex: & mihi mea lex. Sed quilibet hęreticus potest hoc dicere ut intercidat materiam quæ est de inquisitione veritatis. Et ne ꝙ reminiscor me inuenisse in toto libro unam solam argumẽ tationẽ/quæ scd'm rectam suppositionẽ & cõuenientẽ ordi= nem procedat. Nominũ autẽ ordo illic grãmatice & rhythmi ce optimus est: fere enim totus liber metricus & rhythmicus est. Vnde & valde gloriantur saraceni in sic pulchro & orna: to arabicę locutionis modo: Et ex his argumentantr̃/ verũ pro phetam fuisse Mahometũ: non enim sic ornate sciuisset loqui homo omnino idiota. Sed sicut superius visum est in quarto capitulo: non consueuit deus loqui in mundo/ vel cum prop= phetis peruersus vel rhythmos. Sic igitur manifestum: ꝙ lex hęc non est a deo/quæ nullum habet ordinẽ nisi solum rhyth= micũ & grãmaticũ qui deo non congruit.

Q̃ lex saracenorũ non est dei: iniqua ẽm est: Cap̃. xij.

Vodecimo oportet considerare: ꝙ lex hęc non est a
d deo: Deus enim est sũme bonus: optimi aũt est opti= ma facere scd'm Dionysium: ꝙ aũt lex Alcorani in= iqua est/ex ipso Alcorano manifestum est: Dicit̃ enim in capi tulo Elcaph/& in capitulo Elgem: quod interpretatur dęmo= nes: ꝙ ipsum Alcoranum placet dęmonibus: & in eodem de= lectant̃: Dęmones autẽ iniqui sunt & peruersi scd'm volunta tem/quibus pręter iniquũ aliud placet nihil. Alcoranũ igitur malũ est. Itẽ Alcoranũ causa est oĩm malorũ: sicut cędis/rapi= nę/periurij & huiusmodi: quæ non solum permittit Alcora= num/sed etiam mandat: sicut supius manifestum fuit: & maxi me cędes. Non sufficiens autem excusatio est: mãdare infide= les interim/sed necꝫ fideles. Dicit enim indubitatio/ ꝙ fidelis non debet interimere fidelem: ipsos autem infideles mandat interimere/nisi tributa soluant. Tributum igitur soluere suffi ciens causa est interimendi/vel non? Quare non inquantũ in= fideles sunt est tale? Item sicut in pluribus locis Alcorani dicit̃ Nullum est maius malum/ꝙ deo mendacium iniungere: Al= coranum autẽ multa & alia mendacia iniũgit/prętꝫ quæ di cta sunt supius in nono capitlo. De mendacijs quæ in hoc cõ= tinent̃/omnia in deum reflectit. Possumus autem & alia plura ostendere In capitlo eĩm Elemphaal; quod interpretat̃/ lucra:

Aliud ar= gumentũ.

Mendaci= um ex Al= corano.

dicit/q̄ sunt quędam dei & apostoli lucra: & dent deo quintã partem ex quibus lucrãtur. Sed nunquid deus est sic iniquus/ ut permittat rapinã: ut illinc quintã capiat partẽ: vel sic paup deus: ut non habeat unde nutriat pauperes eius & viduas & orphanos & peregrinos: de quibus illic loquitur: nisi p̄mittat rapinam? Quare ut illinc lucret/ certe iam facit Mahometus deum consortẽ sibi in malo/qui non potest habere cõsortẽ in
2 bono. Item & si aliqñ Alcoranũ phibeat rapinã & periuriũ & alia quædã mala: tamẽ hęc phibitio p̄missio quędã potius est
Aliud ar. Dicit enim: Ne faciatis mala: nõ enim placẽt deo. Sed autẽ feceris ipse est misericors & miserator: & facile vobis parcet. De rapina aũt nihil unq̄ mandauit ut restituat: neq̄ talẽ ipsi cõsuetudinẽ habẽt: sed sufficit in fine saracenũ dicere: nõ est deus prę ter deũ: & Mahometus est aplus dei: sicut supius manifestum fuit in quĩto capitlo De piurio aũt palã dicit in capitulo Elmin qđ interpretat mẽsa: Nõ imputabit vobis deus fraudationẽ iuramẽti/ sed inuocationẽ eius/ Quasi dicat: Periuriũ nõ obligat ad culpam/ sed ad pœnã: Et postea subdit: Pro trãsgressiõe
3 aũt eius/ sufficit decem pauperũ educatio: vel totidẽ indumẽtum: vel unius captiui redemptio: Qui autẽ hęc nõ potest facere: ter ieiunabit. Ex istis equidẽ sequunt omnia mala: Non enim timẽt rapere vel decipere/ vel peierare/ nec fidẽ seruare: cũ xp̄iano p̄cipiat fidem seruare oportere etiã inimicis & infidelibus. Habent tñ quoddã indubitato genus iuramenti saracenĩ/ quod nõ de facili transgrederent: de quo post hęc speculabimur. Mahometus autem palam dicit in capitlo Elmetaare: qđ interpretat/ nẽcatio: q̄ deus dispensauerat ei/ ut nõ seruaret quod licite iurauerat: non amplius videlicet ad iacobitissam quandã accederet/ quę Maria appellabat: & sic peieraũit: cuius remissiõis testes sunt/ ut dicit: Mihael & gabriel; Iniqua
4 igit est lex illa/ quã sequunt oĩa mala. Est aũt iniqua p̄pterea q̄ tot & sic magna mala & mendacia deo iniungit. Et pręter prędicta etiã alia multa iniungit mendacia & fatua: Dicit enim/ q̄ deus se excusat ex eo: q̄ misit apostolũ Mahometũ hoiem/ & nõ angelũ: & ait/ q̄ deus dixit/ q̄ misisset angelus/ sed ipi nõ potuissent mundũ cũ securitate p̄transire. Sed nunq̄d Mahometus securius p̄ mundũ q̄ angeli accedebat? q̄ si angelos in-

Mahometus piurus

Mendaciũ aliud fatuum.

telligit bonos & pacificos hoīes: adhuc non eſt dubiū/ q̄ boni & pacifici hoīes ſecurius mundū ꝓtranſeūt q̄ mali: Inducitq̄ deum cōtinue loquentē & dicentem: q̄ nō ludi gratia creauit mundū. Sed quis eſt tam demens: ut exiſtimet de mundo/ q̄ tanq̄ ludens fecit mundū? Item Mahometus ſaracenus homo exiſtens/ & cōtinuę intemperantię deditus/in Capitło Elinir elaçap/inducit deū dicentē. Ne ingrediamini domū alicuius niſi inuitati & vocati: & niſi perſtrepant de foris. Et addit tāq̄ ex perſona dei: Et poſtq̄ ingreſſi fueritis & comederitis/exite & neſtetis ad loquendū cum ianitoribus: quia moleſtū eſt ꝓphetę/ & verecundū eſt dicere. Sed deus non verecundat̄ dicere veritatē. Breuiter autē/quicquid volebat facere/vel q̄ fieret id totum deo iniungebat: idq̄ mādabat q̄ ita fieret. Et ex hoc ſubſecuta ſunt omnia mala/quaſi ex auctoritate legis: ideſt/ interimere/rapare/mœchari: cū uxore Zeith inceſtū cōmittere: cū Maria iacobitiſſa peierare/ & non ſeruare fidem in promiſſis. Iniqua igit̄ lex hęc/quæ placet quidē diabolo: & quæ ad multa mala nos inducit. Non igit̄ a deo eſt qui ſume bonuſ & a quo bonū ſolum ꝓcedit/malum autē nihil.

5 Aliud argumentū.

6 Cōcluſio

De Alcorani inſtitutione: & quis fuerit legis huius opifex & inuentor: Capt̄m. xiij.

Voniā igitur demonſtratū eſt: q̄ Alcoranū/ ſaracenorum videlicet lex non eſt a deo: ſequit̄ quęrere de diſcipulis Mahometi: & de conſtitutiōe prędicti Alcorani. Oportet igitur ſcire: q̄ firmiſſime credit̄ a ſapiētibus illorum/ & efficacibus rationibus oſtendit̄: primū Alcorani auctorē non hoīem fuiſſe/ſed diabolū: qui propria inuidia & diuina ꝑmiſſiōe/ ꝓpter peccata populi/pręualuit inchoare ſolēniter & efficaciter ꝓfidiam antichriſti. Videns igit̄ diabolus fidem chriſti in orientalibus partibus maxime creſcere/ & idolatriā deficere: ſuperato iam Choſroe Perſarū rege & Medorū idolatra/per chriſtianiſſimū Heracliū imperatorē: qui excelſam turrim diruit: quā ipſe Choſroes ędificauerat ex auro & argento & lapidibus p̄cioſis/ ꝓpter idolatriā: Et q̄ crux Chriſti iam tñ erat ꝑ Heracliū exaltata/ & amplius exaltanda: Et cū nō poſſet diabolus amplius multitudinē deorū defēdere: nec oīno Moyſi legem & xp̄i euangeliū negare: quia iam per totū

Diabolus auctor Alcorani.

mundū diuulgatū erat: excogitauit figmento legis cuiusdam quasi medię inter nouū & vetus testamentū/mundū decipere. Et ut hoc ad effectū deduceret: assumpsit hominē quendā diabolū/nomine Mahometū: religione idolatrā: fortuna pauperem: mente supbum: maleficijs celebrē. Et quidē libentius assūpsisset diabolus hoiem bonę famæ: si hoc ei pmissū esset sicuti & libentius temptasset hominē per aliud animal/in quo amplius ipsius maleficia celarent/q̄ per serpentē. Sed nō permisit diuina sapientia/nisi ut tale animal assumeret: & per talem hominē mundū inuaderet: ut ipse mūdus facile posset cōsiderare/qualis lex illa esset quæ per talem legislatorē data est

Mahometi cōditio.

Superato igit Chosroe a prędicto Heraclio: & translata sancta cruce in Hierusalē cū triūpho/sexcentesimo vicesimo anno ab incarnatione dñi: decimo quinto autē imperij Heraclij apparuit quidā Mahometus arabs: qui primū diues factus p quandā viduam/quā in uxorē duxit: Et post hęc princeps latronū factus: in tantam prupit superbiā/ut & rex Arabū fieri voluerit. Sed quia ipsi non susceperunt eū: quia de genere & opinione vilis erat: finxit se esse prophetam. Et cum comitiali morbo laboraret: ne firmiter quis eo detētus esse crederet/cōtinue cadēs: dicebat angelū cum eo colloqui. Dabat autē post hęc responsiones quasdā: quas/ut dixit: audiebat quasi p modum campanę circūsonantis auribus eius. Et quia idiota erat & illitteratus: dedit ei diabolus socios proprios & quosdā hereticos/& iudęos & christianos similiter hęreticos/Adhęsit em ei quidā iacobita/noīe Baira: & durauit cū Mahometo usq; ad mortem. Ferturq;/q̄ mahometus postea/nihil fecit. Sed & iudęi quidā: Phinees videlicet & Audia: noīe Salon/post hęc autem Audala dictus: & Selem: Qui etiam facti sunt saraceni Et quidam Nestoriani: qui maxime cū saracenis conueniunt dicētes: q̄ deus nō est natus de beata virgine/sed homo Iesus christus. Et tūc composuit Mahometus quędā in modū legis per socios: assumens quędā quidē a veteri/quędā autem a nouo testamēto. Non tamē tunc populus habebat Alcoranum. Dicitur tñ in eorum historijs: q̄ Mahometus dicit: Descendit ad me Alcoranū in septem viris: & quicquid est satis/sufficit. Dicunt autē hos fuisse; Naphe & Eon/Omar/Omra/Eleesar;

Translatō crucis xp̄i in hierl'm.

Mahometi status.

Qui primū adhęserunt Mahometo.

Nestoriani q̄d sentiant.

Asir filiũ Cethir: & filiũ Amer. ~~Diximus igiť eis: quãdo lege-~~
~~runt hoc coram Mahometo: Et omnes dixerũt/ q̃ non:~~ sed co-
~~ram senioribus: et sic usq; ad Mahometũ.~~ Firmum autem est:
q̃ hi nõ conuenerũt cũ senioribus prioribus in littera quã nũc
tenent. Quod probatur ex eo: q̃ littera primę partis cõtrariã
est parti secundę. A tempore enim Mahometi nullus peritus
fuit Alcorani/nisi Audala filius Mesetud & Zeith filius Tam
peth: & Ocanan filius ophyn & filius Oenpe filius Tap. De
Alete autẽ filio Abitalem: quidam dicunt scire partem/ quidã
autẽ non. Quilibet autẽ horũ composuit Alcoranũ aliorũ Al
corano dissimillimũ. Pugnauerũt autẽ & inter se usq; ad mor
tem/non suscipientes quæ erant aliorum. Post mortẽ dissen-
sit populus in Alcorano usq; ad tẽpus Mermpan filij Elecen:
qui composuit eis hoc Alcoranũ quod nũc habent. Cõbussit.
autẽ & alia alcorana. Et tunc etiam ciuitatũ prefecti septem cõ
tradicebant sibi in grãmatica & ppriis idiomatibus. Inueni-
mus autem in eorũ historijs/q̃ repudij capl'm excedebat capi-
tulũ bouis: quod primũ in ducẽtis triginta sententijs fuit: nũc
autẽ totũ cõstitutũ est in duodecim. Dicunt autẽ alij: q̃ & ca-
pitulũ bouis aliquãdo mille sententias continebat: hodie tamẽ
octogintaseptem. Referũt etiam & de quodã potenti/ noie El
gas: q̃ abstulerit ab Alcorano octogintaquinq; sententias: &
addidit alias totidem alterius sensus. Quomõ igiť est verum
quod dicunt de Alcorano: q̃ deus dicit/ ~~Nos descendere feci-~~
mus monitionẽ: & nos eam seruabimus? Narrant etiã quędã
historię: q̃ Mahometus veneno mortuus est: nec habuit po-
pulus Alcoranũ. Cũ autẽ Empeumpecer susciperet principa-
tũ: pręcępit ut quilibet colligeret quæ posset: & hoc quid est
prę manibus Alcoranũ composuit: reliqua autẽ cõbussit. Sed
in capitl'o Elamram de Alcorano dicit': q̃ nullus pręter deum
cognouit huius expositionẽ: & qui profunditatẽ sapiẽtię ha-
bent/dicunt Credimus ei: totũ enim est a nostro deo. Et vere
in hoc libro multa sunt sic dispersa/sic inordinata: sicut etiam
supius manifestum est: ut nullam sententiã dicãt: dementiam
potius & mẽdacia cooperiant. Factũ fuit/q̃ conuenerũt hoc
esse Alcoranũ/ quod nũc in manibus habent: & dicunt deum
Mahometo reuelauisse/& scripsisse ex ore dei; Elphocaa autẽ/

Contrarie tas ĩ Alco- rano. 1

Alteratio Alcorani. 2

cõfutatio.

Obitus Maho- meti.

Cõfutatio

Sectarũ diuersitas.

id est/magni doctores & expositores nunq̃ conuenerunt in expositione eius: neq; in ęternum conuenient. Et sic non solum orientales ad occidentales/ sed orientales inter se: & occidentales inter se/ & in eisdem scholis diuersę sunt sectę: & tantum diuersę/ ut una condemnet aliam. Quidam enim sequuntur Mahometum: & sunt plures: Quidam autem Hali: & sunt pauciores/ & minus mali: & dicũt Mahometũ tyrannica potentia sibiipse vsurpauisse quod fuit Hali. Insurrexerũt aũt cõtra utroscq; quidã philosophię experti: & incipientes legere in libris Aristotelis & Platonis/ relinquebant oẽs saracenorum sectas/ & ipsum Alcoranũ. Quod intelligens ex Babylone quidam nomine Calyphas/ ędificauit apud academiam & stanęriam scholam: quæ charissimę sunt: & transmutauit lectionem in Alcoranum: Et ordinauit: q̃ quicunq; ex prouincijs veniunt Babylona/ ut Alcoranum discant: & habeant habitationes & expensas necessarias a publico: Et decreuit: q̃ saraceni qui Alcorano vacant: nullo modo philosophię operam nauent: propter hoc neq; bonos saracenos esse existimant: qui philosophię operam dant: propterea q̃ huiusmodi Alcoranum vilipendunt/ propter causas superius dictas in octauo & nono capitulo.

Cõstitutio Calyphę.

De fictione improbatissimę visionis: Capitulũ decimũquartum.

Vartodecimo oportet speculari: q̃ fictam visionem Mahometus composuit: quæ est expositio cuiusdam Alcorani. Dicit enim in capitulo filiorum Israel. Laus ei qui fecit transire seruum eius in una noctę ex oratorio Elaram quod est: domus Mecce: usq; ad longissimum oratorium: quod est domus sancta Hierusalem: quam benedicimus: & reliqua. Expositio autem sententię huius est: q̃ Mahometus una dierũ psallebat matutinam eius horam: quam cum perfecisset: dixit hominibus: O vos homines: considerate: Heri postq̃ ego discessi a vobis: venit ad me Gabriel post ultimam vespertinam psalmodiam & dixit mihi: O Mahomete/ mandat tibi deus ut visites eũ. Cui

q

Fabula de Mahometo.

dixi: Et ubi visitabo eũ: Et dixit gabriel. In loco ubi est. Et ad duxit mihi iumentũ maius quidē asino: minus autem mulo: & nomen eius Elmparac: & dixit mihi: Ascendere hoc: & eq̃ ta usq; ad domũ sanctã. Cumq; curarē ascendere: aufugit iumentũ: Dixitq; ei: Sta firmiter: Mahometus ẽ est qui vult te ascendere. Et respondit iumentum: Numquid pro eo missum sum: Respondit Gabriel: vtiq;. Et dixit iumentum: Non permittam eum ascenderre: nisi prius rogauerit deum pro me. Ego autem intercessi pro iumento apud deum meum: ascendiq; ipsum: & ambulabat me insidente tenui gressu: Collocabatq; ungulam pedis in oriçonte, visus sui: Et sic veni in domum sanctam in minori spacio q̃ quantum oculi ictus perfici posset. Erat autem Gabriel mecum: & duxit me ad rupem in domo sancta Hierusalem: & dixit mihi Gabriel: Descende: quoniam ab hac petra ascendes in cœlum. Et descendi. Et gabriel ad rupem iumentum Elmparac cum cingulo ligauit: & portauit me in humeris suis usq; ad cœlum. Cumq; venissemus ad cœlum: pulsauit ianuam Gabriel: dictumq; fuit ei: Quis es: Respondit: Ego sum gabriel. Dictumq; fuit rursus ei: Et quis est tecum: Respondit Mahometus. Dixit autem ianitor: Nunquid pro eo missus fuisti: Et dixit Gabriel Etiam Et aperuit nobis ianuam. Et vidi gentes angelorum: & bisflectens pro eis genua/effudi orationem. Et post hęc cepit me Gabriel: & duxit me ad secundum cœlum. Erat autem spacium horum duorum cœlorum iter quingentorum annorum. Et q̃ primum pulsauit ianuam/respõsio facta est ei scd'm omnia similis: usq; ad septimum cœlum. In quo septimo cœlo describit se vidisse populum angelorum. Prolixitas uniuscuiusq; angeli multo milies mundo maior erat: quorum quisq; habebat septingenta milia capitum: & in quolibet capite septingenta milia ora: & in quolibet ore mille septingentas linguas: laudantes deum septingentis milibus idiomatibus. Et aspexit unum angelorũ flentem: Et quęsiuit causam fletus eius. Et respondit se peccatum esse. Ipse autem orauit pro eo. Sicq; inquit / Gabriel commendauit me alteri angelo: & ille alio: & sic deinceps/ quousq; steti corã deo & tribunali eius

Et tetigit me deus manu eius inter humeros: usq; adeo / ut ad medullam spinę dorsi mei frigiditas manus eius pertranstiret Et dixit mihi deus: Impositui tibi & plębi tuę orationes. Cũq; descendissem ad quartum cœlum / consuluit mihi Moyses: ut reuerterer ad leuandum populũ / qui tot oratiões ferre non poterat. Et primo reditu obtinui remissionẽ a decem usq; ad q̃rtam: & a quarto reditu usq; ad septimũ: Et in fine tantũ in minus venit numerus orationũ / ut paucę remanerent. Cũq; diceret Moyses: nec hoc poterũt ferre homines: Ego prębõfusiõe verecundatus / q̃ totiens ascenderim: nolui plus ascẽdere: sed rediens ad Elmparac / equitaui descendens in domum Mecce: Horũ aũt omniũ tempus minus fuit q̃ decima pars noctis. Visionis aũt huius plus est quod dimisimus q̃ quod narrauimus Cũq; narrasset Mahometus uniuersis gentibus / mille homines a lege recesserunt. Dicentibus autẽ illis ei: Ascende de die in cœlum: ut nos aspiciamus & videamus obuiantes tibi angelos: Non recognouit suũ ipsius mendaciũ / sed dixit: Laus deo meo: Numquid aliud quoddam sum ego q̃ unus hominum & apostolus. Sic in capitło ꝓphetarũ narrat de his qui querebãt ab eo fieri miracula: sicq; dixerunt Mahometo: Audiuisti insomnia blasphemias congregasti: vel forte poetice loqueris: Veni ad nos ad minus in uno miraculo / quo modo missi sunt & priores. Respondit: Subuertimus dixit deus vrbes coram nõ credentibus: nunquid hi credent? & quõ expectant ab eo miracula? Et respondit eis: qm̃ qui prębesserũt vos / non crediderũt miraculis: & neq; vos etiam miraculis crederetis / nisi p ensem. Audite igit̃ Mahometani: si Alcoranũ verum existimatis: ipse enim Mahometus est / qui affirmat nullum miraculum se fecisse. Longe autẽ plures fuerunt quos ensis consumpsit / q̃ qui gratis eum secuti sunt: sicut supius demonstratum est. Hęc sola fictio visionis prędictę / debet sufficere ad confutandum quicquid dixit & fecit mahometus. Sicut em̃ sępenumero antedictum est: Sic permisit eum spiritussanctus mentiri: ut quilibet homo facile figmentum cognosceret. Nunc quidem dicit de seipso inaudita miracula: aliquando autem dicit se nullum miraculum fecisse: & aliquando dicit: ꝙ est solum nuncius & homo: aliquando vero ꝙ / & plus est q̃:

Obiectio saracenorum.

Solutio vana Mahometi.

Cõclusio.

q̃ disparĩ dictis sibi ipsi Mahometus.

angelus & ſupra angelos. Et quare indiguit aſino vel iumen=
to a Mecca vſq; ad Hieruſalem/qui ex Hieruſalem uſq; ad ul=
timum cœlum aſcendit abſq; aſino? quomõ potuit tot ſplen=
dores angelorum in cœlo ſuſtinere: qui dicebat/q; quando ap
parebat ſibi unus angelus/ſemper in terrã concidebat: & ſpu=
mãs agitabatur: & incuruabant & contrahebantur manus &
pedes eius? Et neq; in prędicta viſione ponit ſe raptum: ſed di
cit q; aſcendit cum corpore ſimul & anima: cuius ſignum eſt:
quia dicit q; deus manu ſua tetigit eum inter humeros: & ſen=
ſit frigiditatem uſq; ad medullam ſpinę dorſi. Vnde deum &
angelos ſupponit poſitionem habere ſpacio corpora i.

De quibuſdã ſex quęſitis in Alcorano cõmunibus
& de xpi ad Mahometũ excellẽtia: Cap. xv.

Onſequenter mouendę ſunt dubitationes quędam
c & quęſtiões in Alcorano: de quibus cum nõ poſſint
rationẽ reddere ſaraceni: nõ ſolum vocabuntur ſim
pliciter/ſed etiam cogentur demonſtrationibus coacti in con=
uiuiũ veritatis introire. Prima quęſtio eſt: quid vult Alcoranũ
dicere: quando totiens inducit deũ pluraliter de ſeipſo loquẽ=
tem? Dicit enim in Elimpacerã ex perſona dei: Diximus ange
lis adorare Adam: & reliqua, Et poſt hęc per totum dicit uſq;
ad finem libri/aliquãdo pluraliter de deo loquens/ aliquando
autẽ ſingulariter: firmiſſimũ enim eſt omnibus chriſtianis &
iudęis & ſaracenis qui ratione utunt: unum eſſe deum & ſolũ
& ſimplicem: & non poſſe habere conſortem quendam. Qua
re igit pluraliter loquitur de eoipſo? Et non poſſunt dicere: q;
deus loquitur de ſeipo & de angelis: Dicit enim ibi: Diximus
angelis. Eſt igitur locutio hęc dei non angelorũ/ſed ad ange=
los. Item in capitlo Sad: dicit: q; omnes adorauerunt Adam/
pręter diabolum. Omnibus igitur angelis dixit deus: Adora=
te Adam. Item in multis. Alcorani locis inducunt tales quę=
dam locutiones pluraliter de deo/in talibus actionibus in qui
bus angeli nequaq; cũ deo cõmunicant: ſicut in creatiõe mun
di/& iuſtificatione impij. Dicitur enim in pluribus locis Alco
rani: Nos dicit creauimuſ cœlum & terram/& quæ ſũt in me=
dio: et non incaſſum iudicauimus hominem: & nos miſimus
filiũ Marię: & dedimus ei ſpiritũſanctũ & euangeliũ/& mira=

Queſtio prima de locutiõe in pl'i i di uinitate.

Aliud ar.

Aliud ar.

cusa & talia quedam in quibus angeli nequaq̃ possunt cõmu
nicare cum deo: Angeli enim creati sunt a deo: sed non simul
creant cum deo cœlum & terram/& quę sunt in medio. Et nõ
possunt dicere Saraceni/q̃ pluralis illa vox est dei/& cuiusdã
alterius intellectus qui excedit creatum: per quem fecit omia
deus: Constat enim q̃ quicquid est pręter deum/creatura est
& a deo creatũ: & nulla creatura potest esse simul creatrix cũ
Aliud ar. deo. Item non possibile est dicere: q̃ deus pluraliter loquit̃ p̃
pter diuersas quæ in eo sunt qualitates: sicut est potentia/sapi
entia/iusticia: & talia quæ Arabes vocant Saphat: Hęc enim
non accidentia sunt in deo: neq̃ differentię: sed sunt in ipsa di
uina essentia. Vnde in deo nullam cõpositionem nec pluralí
tatem faciũt: ut per illa deus de seipso pluraliter loquat̃. Quin
imo nec homo/nec angelus propter eorum differentiam/põt
de seip̃o pluraliter loqui: & si hęc in homine & angelo acciden
tia sunt/& quandam in his compositionem faciunt. Et vere ta
lis locutionis modus/deum videlicet unũ existentẽ/pluraliter
de seip̃o loqui/semel a Moysi inuenit̃ in Genesi illatus: In for
matione enim hominis/locutus est deus dicẽs: Faciamus ho
Geni. i. c mine m ad imaginẽ nostrã. Quod dicunt iudęi/vocem esse dei
ad angelos: Quod quidem est contrariũ diuinę scripturę: quæ
nunq̃ dicit angelũ scd'm imaginẽ hominis formatũ esse/sed
scd'm imaginẽ dei. Et hoc est quod etiam addit Moyses dein
ceps post illos sermones dicens: Et fecit deus hominem scd'm
Ibidẽ. d. imaginẽ & similitudinẽ sui ipsius: scd'm imaginẽ dei fecit eũ.
Est igitur vox illa patris ad filiũ: vel totius trinitatis ad seipsã:
Vnus enim & simplex deus essentia/trinus est in personis. Et
hoc dicere potuisset Alcoranũ simpliciter: nisi timuisset posse
esse personarum discretionem discretione scd'm essentiam.
Propter hoc dicit in capitulo Elnesan: O societas libri/ne vace
tis in lege vestra: & ne dicatis de deo pręter veritatem/q̃ chri
stus Iesus filius est Marię & Apostolus dei: & verbum dei/
quod in ea posuit per spiritumsanctum. Ecce hic nominat de
um/& verbum dei/& spiritumsanctum: sed timens: ne pro
pter hęc diuina essentia diuidatur vel multiplicet̃ vel termine
tur: subiũgit statim: Et ne dicatis tres deos: quoniã deus/deus
unus est. Ecce quantũ appropinquauit ad illud quod est ma

xime arduũ in fide: modo quodã hoc dicens Ioannis: Pater & .i. Ioh. v.
verbũ & ſpũs/& hi tres unũ ſunt. Inducit igitur in Alcorano
Mahometus: deũ pluraliter loquentẽ/ignorans cauſam. Ma=
nifeſta igit̃ huic prima quęſtio: q̃ cõmuniter credimus cũ his:
deũ eſſe unũ & ſolũ & ſimplicẽ: ipſi autẽ habent in Alcorano
deus habet & verbũ & ſpiritũ: & ſic credimus verum & unũ
& ſimplicem deum. Et proprie de ſe loquit̃ ſingulariter: pro=
pterea autẽ q̃ trinus eſt in perſonis: aliquando de ſe pluraliter
loquitur. Secunda quęſtio eſt: q̃ Alcoranũ continue meminit quęſtio ſe
ſpirituſſancti & verbo dei: Quis eſt ille ſpirituſſanctus: & cunda de
quod eſt illud verbum dei? De ſpirituſancto quidem dicit ſpũſctõ.
in capitulo Elpalceram ex perſona dei: Dedimus Ieſu filio
Mariæ ut faceret prodigia & miracula manifeſta: & perfeci=
mus eum per ſpiritũſanctũ: & hoc idem repetit per totum ca Aliud ar.
pitulum. Item dicit in capitulo Elempaide Maria: Inſpirauí=
mus in eã ex ſpũſcõ. Et in pluribus alijs locis ſimilia dicit de
ſpũſctõ. Et nõ poſſunt dicere ſaraceni creaturam quandã eſſe
ſicut angelus quidam: ſi bonus: quoniã ſingulariter de eo lo=
quitur: tanq̃ de uno ſancto: ſancti autem angeli plures ſunt: &
omnes ſunt dei. Quę igit̃ cauſa: ut de illo ſingulariter diceret/
noſtro & ſancto? Item non eſſet magna laus de chriſto: quem Aliud ar.
Alcoranum intendit ſingulariter cõmendare q̃ deus dediſſet
ei angelũ cuſtodem: Etenim deus facit angelos ſpiritus & no=
ſtros apoſtolos: ſicut dicit Alcoranum in capitlo Elmaice. Itẽ Aliud ar.
angeli non ſanctificant hoĩes: ſed deus ĩmediate: & ſolus tan
q̃ ſolus deus poteſt peccata dimittere: ſicut dicit in Alcorano.
Prędictus igit̃ ſpũs verus eſt deus: verus autẽ deus & qui de
prędicto ſpiritu loquit̃ dicens: Dedimus ei ſpm̃ſanctũ: & in
ſpirauimus ex ſpirituſancto. Qm̃ igit̃ diuina eſſẽtia una eſt &
ſimplex: non poteſt diſcerni vel diuidi: & ſibi eſt dans & datũ
dansq̃ dicit: dedimus: & datus: qui dicit̃ ſpirituſſanctus: qui
dicitur datus & inſpiratus. Inter dantem autem: & qui datur
requirit̃ ut diſtinguatur pſonaliter ſolum: non eſſentialiter:
Et ſic ſolis relationi bus diſtinguuntur. Et hęc eſt ſola diſcre=
tio quam chriſtiani in perſonis diuinis faciunt. Hanc eandem
oĩno q̃ſtionẽ quã de ſpũſctõ q̃ſiuimus poſſumus q̃rere etiã de

verbo dei. Dicitur enim in capitlo Abraam: Dixerunt angeli beatę Marię: O Maria/ deus prępoſuit te ſupra omnes mulieres. Et poſt hęc dixerunt angeli: O Maria/ nunciat tibi deus/ vel nunciat tibi verbum eius: & nomẽ eius chriſtus Ieſus filius Marię. Et in capitulo: Elneſa dicit̃: Ne dicas de deo pręter veritatẽ: ꝙ chriſtus Ieſus filius Marię apoſtolus eſt dei/ & verbum dei: quod ipſe poſuit in ea per ſpiritũ ſanctum. Affirmat igitur oĩno chriſtum verbum eſſe dei. Quęrit̃ igitur quod ſit hoc verbum dei: utrũ verbum accidentale/ vel potius perſonale & reale. Si dicit verbum eſſe vocale ſolũ & accidentale: hoc non poteſt dici: loquitur enim de deo Alcoranũ & euangeliũ ſingulariter & de uno verbo tm̃: verbum aũt dei vocale & accidentale/ quod a deo exit: non unum/ ſed multa: Omĩa enim bona verba & ſancta & vera/ verba dei dici poſſunt. Item non eſſet excellens cõmendatio Chriſti/ quem Alcoranũ intendit ſingulariter cõmendare: ſi propter hoc dicatur verbũ dei/ tanꝙ verba dei dicens: Non enim ſolus chriſtus/ ſed etiam alĩj ꝓphetę verba dei nunciauerunt: & tñ nullus illorum dicit̃ verbum dei: De ſolo enim chriſto euangeliũ & Alcoranũ dicit: ꝙ ſit verbum dei. Si aũt eſſentialiter verbũ capiat̃: manifeſtũ ꝙ ſempiternum eſſet verbũ dei/ & deus verus: Sicut enim verbum quod procedit ex ore corruptibilis homĩs/ corruptibile eſt ex neceſſitate: ſic verbum quod ex ſempiterno ore procedit: per quod cœlum & terram & quæ ſunt in medio (ut Alcorani verbo utar) fecit: ſempiternum & incorruptibile eſſe/ neceſſe eſt: Quicquid ex deo autẽ procedit/ eſſentialiter eſt deus: et hoc modo deus eſt dei verbum. Vnde cum verbum aliquo modo differat a dicente & continente verbum: & in dei eſſentia non poſſit eſſe diuiſio/ ſeu diſtinctio eſſentialis: oportet ꝙ ibi ſit diſtinctio perſonalis: & ꝙ verbum a dicente proprijs & ſolis relationibus diſtinguat̃: ſicut & de ſpiritu dictũ eſt. Et hoc eſt verbum quo deus omnia quę ſunt/ dixit: & facta ſunt: ſicut & in Alcorano dicit̃. Et ſcd'm hoc conuenit Alcoranum cum euangelio Ioannis: qui dicit: Omĩa per ipſum facta ſunt. Quoniã igit̃ ab eo qui loquit̃/ verbum comprehendit̃ & intellectualiter gignit̃: & quod ab altero generat̃ ſcd'm ſimilitudinẽ ſpeciei & naturę/ dicitur filius: ꝓpter hoc verbũ

Queſtio de verbo dei.

Argumẽtatio apta a cõtrario

Verbũ eſſentiale. Ioan. i. a.

dei dicimus filium dei: Sicut sol si generaret ex se talem splen
dorem qui esset sol: illũ solem & splendorem diceremus filiũ Simile.
solis. In hoc tamẽ est differentia: ꝙ in creaturis/in quibus esse
& essentia differunt/non possunt multiplicari subiecta: cũ nõ Differens
multiplicaẽ natura: Vnde & homo alium hominẽ gignit. De=
us aũt in quo idem est esse & essentia/ex seipso verbũ gignẽs
nõ alium deum generat: Diuina enim essentia neꝙ dissimilis
est/neꝙ innata est/multiplicari scd'm aliquẽ modum: propter
summã perfectionẽ & simplicitatem. Mahometus igitur au= Opinio
diens christianos dicentes deum habere filium: nescivit con= Maho=
siderare/ꝙ possibile est esse filium absqꝫ muliere: Et propter meti de
hoc/nullam aliam adduxit argumentationẽ: nisi ꝙ deus non filio dei
potest habere filiũ: quia uxorem non habet: Et nõ excogita=
uit quod dixit Dauid: quem tantum cõmendauit Mahome=
tus: qui preter filium naturalem/dixit deum multos habere fi
lios adoptiuos/dicens: Ego dixi: dij estis & filij excelsi omẽs: ps. lxxxi.
& non ex muliere. Alias tñ licet Mahometũ simul cum eo in= b.
telligere: qui dicit Mariam posse habere filium absqꝫ viro: sed
quomõ/non conuenienter consideravit: ꝙ deus & absqꝫ mu=
liere potuisset habere filium. Verũ igitur dixit Mahometus/
quando dixit Christum Iesum filium Marie/ & verbum dei
esse: sed non intellexit: Si enĩ intellexisset/dixisset: Ex quo est
filius Marie/est verus homo: ex quo est verbum dei/ est verus
deus: Non enim est deus cõpositus & imperfectus sicut homo
cuius verbum & comprehensio mentis/& ars & actio non est
homo. Quicquicd autem est dei/est deus: Vnde & verbũ dei/
deus est: & intellectus dei/deus est: & actio dei/deus est. Alco
coranum autẽ hominẽ solum cepit christum. Et propter hoc
postqꝫ dixit/ꝙ verbum est dei: addidit: ꝙ Iesus sic est apud de=
um/sicut Adam/quem creauit de limo terre: & dixit ei. Esto
Et quomõ hoc cum precedentibus conuenitur? Cum enĩ dixe
rit: ꝙ deus infuderit verbum Marie/& spiritum eius: ex quo
natus est christus: & post hec rursus opinatur: ut Adam is sit
quem formauit ex terra. Inconueniens igitur: verbum dei
& spiritum eius terram esse/Nisi aliquo modo dei naturã ter=
ram supponamus quod absit: Esset enim verbum eius/& spi= Fides ve=
ritus eius sicut quedam statua/que neꝙ intelligit/neꝙ spirat: ra & xp̃ia=
Nunc autem deus noster/qui est benedictus in secula videt & na.

audit omnia: & habet verbum incarnatū ex Maria virgine: & ſpiritū ſanctū qui eam obumbrauit/& humanitatē verbi adim pleuit. Si autē exiſtimant & in Adam verbū dei & ſpiritū fuiſſe: non effugient manifeſtū mendaciū. Si ēm verbū dei cū carne & terra illius vnitum eſſet: & ſpiritus repleuiſſet Adam: nunq̄ decipere potuiſſet illū ſathanas/ vel fefelliſſet. Verbo tamē ſuo dixit deus Adę: Eſto/hoc eodē verbo quo fecit oīa: quod quidē ab ęterno erat apud deum. Itaq̄ chriſtus verus eſt deus/& verbū dei: Neq̄ enim verbū dei minus eſt q̄ totus deus. Eſt etiā homo verus ex virgine Maria genitus: Et inquantum homo/& apoſtolus eſt dei: & propheta dei: & ſeruus dei. Et q̄tū ad hoc bene dicit Alcoranū in capitulo Elneſa: q̄ neq̄ xp̄s/neq̄ fideles angeli negabunt eum ſeruum eſſe dei: id eſt inq̄ntum homo eſt. Non inuenit̄ tn̄ in toto euangelio: q̄ ipſe chriſtus dicat de ſeipſo/q̄ ſit ſeruus dei: ne errorem inducat. Sed neq̄ palam dixit: ego ſum deus: neq̄/homo: ſed veris & manifeſtis operibus oſtendit: ſeipſum & deum eſſe verum: & hominem verum. Et propter hoc dixit: Si mihi non vultis credere: operibus credite. Et hęc eſt efficacior probatio/q̄ ſi verbis ſolis hoc dixiſſet. Dictum eſt autem ſuperius quare ante paſſionem hoc non dixit palam. Apoſtoli autem & euangeliſtę prius & poſt hęc & alij prędicatores ſic manifeſta verba & dixerunt & oſtenderunt: ut totus mundus conuinceret̄ hoc credere. Mahometus autem poſtq̄ bene dixit chriſtū eſſe verbum dei/non ſtetit in veritate/ſed contradixit ſibijpſi: dicens ipſum chriſtum non eſſe deum. Tamē dixit/q̄ apud deum ſe excuſauit: quod patuit ſuperius in nono capitulo manifeſte falſum eſſe: tum quia dicit q̄ ipſe chriſtus dixit: Adorate deum meum & deum veſtrum: dominum meum & dominum veſtrum. Hęc autem ratio neq̄q̄ conſtat: Inq̄tum enim verus homo fuit: verus ſeruus eſt dei: ut ſuperius manifeſtum fuit Contingit ergo de Mahometo/quod de alijs ipſe ſcripſit in capitulo Ionę/dicens: q̄ quidam reprobant quæ non intelligunt & quæ non poſſunt exponere. Sicut & ipſe reprobauit myſterium incarnatiōis: propterea q̄ ipſe non intelligebat/nec poterat exponere quæ in euāgelio dicebātur de chriſto: Et ſcd'm eandem rationem neq̄ trinitatis myſterium ſuſcepit: non em̄ potuit intelligere perſonarum diſcretionem abſq̄ diſcretione

.In adā nō fuit verbū dei nec ſpiritus ſctūs

Ioh. i. a.

xp̄s ē verbum dei.

homo apl'us: propheta: ſeruus.

Ioh. x. g.

Ioh. xx. e.

quæ eſt ſcd'm eſſentiam. Et quid mirum/ſi homo carnalis non percipit excellentiſſima dei myſteria? Hęc quidem igitur ſufficiant de tertia queſtiõe. Quarta queſtio eſt: ꝙ Mahometus continue in Alcorano laudat legem Moyſi & Iob & Dauid: & dicit pſalterium librum eſſe clarũ: ſupra omnes autẽ libros cõmendat euangelium/in quo dicit eſſe ſalutem & deductionem: Queritur igitur: quare neq; habent/neq; legunt ſaraceni/ni libros iſtos/neq; interpretant? chriſtus enim cũ cõmendaſſet Moyſen & alios prophetas: chriſtiani cũ hos non haberẽt acceperunt illos a iudeis: & eos in diuerſas linguas tranſferri fecerũt: habentq; illorũ libros autenticos: legunt q; eos in ſcholis. Dicunt autem ſaraceni: iudeos quidẽ corrupiſſe libros veteris/chriſtianos euangeliũ & libros noui teſtamenti: & ꝙ nihil veritatis remanſit in mundo: prętereq; quod eſt in Alcorano. Sed ante demonſtratũ eſt hoc in tertio capitulo/ ꝙ hoc eſt falſum & contrariũ Alcorano. Item quomodo tantus prophe ta/qualem exiſtimant eſſe Mahometum/ tantũ cõmendaſſet corrupta exemplaria: & dixiſſet in his eſſe ſalutẽ & deductionem? Vel quõ nõ prędixiſſet in poſterũ eſſe corrũpenda? Sed potius cõtrariũ dixit. ꝙ ſi in ambiguo quodam de Alcorano fuerint Saraceni: quęrant ab his qui ante eos libros legerunt: id eſt a chriſtianis & iudeis: Et hoc dicit in capitulo Ione. Oportebat autẽ potius dicere: ne credatis his qui corruptos libros habẽt. Item in capitulo Abraam docet: ut ſaraceni quę rant auctoritatem legis Moyſi/dicens: Afferte pentatheucum ſi veraces eſtis: & legite in eo: & reliqua. Cauſa autem ꝙ ſaraceni nõ legũt p̃ dictos libros/nulla alia eſt: niſi ꝙ ſciũt horũ ſapientes/ꝙ facile deprehenderet mẽdaciũ Alcorani/ ſi ſanctos & veraces libros legerent: Vnde & Alcoranũ malicioſe prouidit ſibĩ ipſi: & quattuor medelas ſuppoſuit/ut mendacium eius nõ manifeſtum conſtitueretur: Quorum unum quidem eſt: mandare interimi qui contrarium aliquod Alcorano dicerent quod manifeſtum fuit ſuperius in quarto capitulo. Secundum dicit/ne diſputẽt cum hominibus alterius ſecte. Tertium/prohibet his credere. Dixit enim in capitulo Abraam: Ne credatis alicui/niſi his qui ſequunt noſtram legem: & ꝙ in euangelio eſt ſalus & deductio. Dicit etiã: ꝙ ſaraceni nihil

Aliud argumentũ.

Aliud ar.

Quattuor ꝙ Mahometus mãdat primũ Secũdum. Tertium.

sūt/nisi adimpleant legē & euangeliū. Ergo debent euāgeliū
Quartum habere. Quartū/separat se oīno ab illis: & dicit. Mihi mea lex
& vobis vestra & reliq̄. Et post hęc: Liberi estis vos: a q̄bus
ego facio & ego a q̄bus & vos: Et hoc dicit in capitlo Ione. Si
igit̄ saraceni bene acciperēt cōciliū Alcorani: ꝓculdubio de-
ducerent̄: habuissēt em̄ euāgeliū & legē Moysi/ & alias scri-
pturas: Maxime/cū ipsū Alcoranū cōtinue cōmendet Moy-
sen/Dauid/Salomonē & alios ꝓphetas: & frequētissime dicat
Quęstio q̄nta de cōsortio dei. q̄ alterū alteri nō prefert. Et hęc ad quartā quęstionē. Quinta
quęstio est Quid vult dicere Mahometus in Alcorano/q̄ to-
tiēs dicit & repetit de se scribēs: Credite in deū & ap̄lm: obe-
dite deo & apostolo seq̄mini deū & ap̄lm? Scimus em̄ soli deo
deberi fidē: honorē diuini cultus: actionē obediētię & sequelā
Apo. xxi. c. vię: Ipse em̄ solus est principiū & finis oīm: Vnde nullus un-
q̄ ꝓpheta ausus est hic dicere: & deo seipsū in talibus associa
re: Cui nullū unq̄ possibile est sociū vel simul participē fieri.
Deutre. xxxii. f. Dñs enim in lege Moysi iudęis dixit: Scitis q̄ ego sum solus.
Propter hoc autē & Hęlias dicit: Si dominus est/ ite post ipsū
ii. Regū. xviii. d. si aūt Baal/sequamini eū. Videt̄ igitur ex talibus: Mahometū
non solū dare se deo participē/ sed facere seipsum illius sociū
& simul consortē. Et sic dicit̄ in capitlo Elnesa: Non parcet de-
Ioh. xiii. a us/si quis ei dederit participē. Solus aūt christus/neq̄ cōsors
neq̄ particeps dei: sed deus verus & homo verus potuit dice-
re: Credite in deū: & in me credite: quil tamen nunq̄ dixit: cre
dite in deū & in me: vel obedite deo & mihi: ne homines cre-
Quęstio sexta. derent eum dei participē & cōsortē. Sexta quęstio est: cū Al-
coranum de christo quidē multa dicit & magnifica: ecōtrario
autē pauca de Mahometo: & quidem vilia: Quęrit̄ igit̄ quare
Aristotel. saraceni non potius sequunt̄ christū q̄ Mahometū: & euange
lium q̄ Alcoranū? Et quia cōtraria iuxta se posita magis eluce
Quid Alcoranū de xp̄o narret. scunt: videamus e regione & intrinsecus/quid Alcoranum de
utroq̄ narrat. Dicit enim Alcoranū: q̄ christus sue matri fuit
q̄d de Mahometo ānunciatus per angelū: & sanctificatus p̄ sp̄m̄sanctū: & virtu
te dei cōceptus/nō operatione nature: et ex sanctissima virgi-
ne Maria/& supra omnes alias mulieres mundas/genitus est.
Aliud ar. ad idem. De Mahometo autem nihil tale dicit: sed q̄ fuit orphanus/ &
vagus/a deo conductus. Item dicit de christo: q̄ est verbum
dei: & sc̄d̄m hoc nihil potuit ignorare. Mahometus autem

fuit prōpheta incertus: Dicit enim se nescire quid de se fiet ac
suis. Dicit etiã ipse: Nescio utrũ ego aut vos sumus in rectitu
dine Vnde & fertur dixisse de patre & mãtre sua Vtinã scirẽ
quod est opus eorum. Item fertur q̄ ipse fuit p̄restigiatus a iu
deis/ acubus ab aliquibus mulieribus in vultũ cereum immis
sis/ & proiectis in puteum. Affirmantq; cõmuniter/ ipsum Ma
hometum veneno vitam finiuisse: quod assumpsit/ cum huic
iudea quedam venam secuisset. Item ipse quidem christus ab
Abraam descendit & Isaac/ cui facta est promissio de benedi
ctione: & cõsequenda hereditate. Mahometus autẽ descen
dit per Hismael: ad quẽ non peruenit promissio: sed de eo scri
ptum est: q̄ erit ferus homo: & manus eius contra omnes: &
reliq̄. Itẽ christus nullũ unq̄ peccatum cõmisit: Spiritus enim
dei & verbum dei non potuit peccare. Mahometus autem ido
latra fuit/ & homicida lasciuus & rapax: multis alijs peccatis
cõnoxius: in quibus deus/ ut dicunt/ ei pepercit: Item christus
stupenda fecit miracula & utilia. Sicut enim dicitur in capitlo
Elmaide in fine: christus cecos illuminauit: leprosus munda
uit: & mortuos suscitauit. Mahometus autem nullum miracu
lum fecit/ scd'm Alcoranũ. Et que de eo dicuntur: vel incõue
nientia/ vel impossibilia sunt & absona: sicut lunã diuisam re
integrare: vel inutilia: sicut camelum loqui: vel omnino occul
ta: Multa enim dixit seipsum in occulto & nocte facere que in
die requisitus/ ostendere non potuit. Vnde ei dixerunt: Dicis
te ascendere in cœlum ad deum nocte: ascende de die/ ut videa
mus nos: & credemus. Christus autem maxima & magnifica
miracula faciebat de die/ & in manifesto/ & coram multis testi
bus videntibus: quare manifesta sunt opera illius. Preterea
christus quidem magister fuit excellens: sicut dicitur in Alco
rano: Et in capitulo Elmeide/ quasi ex persona dei: O christe/
considera quõ dedi tibi spiritumsanctum ut loquaris. Item
in cunabilis docui te librum & sapientiã & legem Moysi &
euangelium. Mahometus autem doctor fuit ignarus & homo
idiota: nesciens aliam linguam/ nisi suam: ignorans etiam in
terpretationẽ legis sue: Dicit enim solum deum scire Alcora
ni expositionem. Item christus scd'm euangelium crucifixus
est/ & mortuus/ & resurrexit vere/ & ascendit in cœlos: & se
det ad dexteram dei. Alcoranum autem dicit; q̄ non est mor

Aliud ar. xpi ad Ma hometũ ex cellẽtia.

Geñ. xvi. d.

Aliud ar.

Aliud ar. ad idem.

Aliud ar. ad idem.

Aliud ar. ad idem.

tuus/ sed assumpsit eum deus. Quare & scd'm euangelium & scd'm Alcoranum/ & in omnem euentum christus viuit. Mahometus autem omnino mortuus est. Sed melior est adiutor viuus q̄ mortuus. Omitto alias scd'm quodlibet excellentias quas de christo euangelium posuit. Mirum igitur quare saraceni non sequũtur potius christum q̄ Mahometum: & euangelium potius q̄ Alcoranum: cum valde credibile sit/ per meliorem legislatorem meliorem legem datam esse: & melius a deo conseruatam/ veracem & incorruptam: sicut superius demonstratum est in tertio capitulo.

De euangelij̄ ad Alcoranũ excellentia: Cap̃. xvi.

Vangelij̄ autem ad Alcoranũ excellentiam/ facile ex superioribus dictis possumus cognoscere. Ante em̃ demonstratum est: nõ esse alcoranũ legem dei/ propterea q̄ nec̄ vetus/ nec̄ nouũ testamentũ hanc testantur: & q̄ nec̄ in stilo/ nec̄ in sententijs cum alijs conuenit: & q̄ contradicit sibij̄psi: & q̄ nullo miraculo confirmatur: & q̄ est irrationabile: & q̄ manifesta cõtinet mẽdacia: & q̄ violentũ: & q̄ inordinatum: & q̄ iniquũ: & q̄ ambiguum: hęc enim omia per ipsum Alcoranum breuiter sunt ante demonstrata: Veruntñ idipsum Alcoranum legentibus melius hęc demonstrantur. Quare nos audacter dicere possumus: si nobis credere nõ vultis: Alcoranum legite. Horum autem contraria in euangelica doctrina manifeste apparent. Etenim Mahometus pręcipue quasi supra omnes prophetas qui sunt/ vel qui futuri sũt christum cõmendauit: & euangelij̄ doctrinam supra omnes diuinas scripturas magnificauit. Scimus autem: q̄ nullum sic est tam validum/ tanc̄ potens testimonium doctrinę vel vitę/ q̄ laus ab his qui conantur reprehensionem inducere. Dicit aũt ipse Mahometus in Alcorano/ in capitulo Elmeide: Terminauimus viam hominum per Iesum christum filium Marię veracissimum prophetam: & dedimus ei euangelium: in quo est deductio & lux & veritas manifesta. Et in multis locis Alcorani pręcipue cõmendat euangeliũ. Etenim ipsum euangeliũ in omni loco & lingua excellentissime mundose ipsum manifestat. Quare confidenter dicere possem de eo saracenis: Si vestro Mahometo vultis/ vel non vultis credere de euangelio: id ipsum euangelium legite: Et quoniam sicut dicitur in Alco

Epilogus.

rano in capitulo Elemphal: volens deus/ꝙ verificetur veritas per verbum ſuum: & intercidat̃ gubernatio hęreticorum: & ut veritas verificetur/& vanitas euaneſcat: prouidit & diſpenſauit deus/ne mundus per ignorantiam periret: ut lex illa/quę generaliter oĩbus & ſola neceſſaria erat: lex ea quę ẽ euãgelij: nõ in uno loco: ſed ĩ diuerſis ꝓuinciis neq; ĩ uno idcomate ſed diuerſis & in oĩbus linguis ſcriberet̃ hebraice/gręce/& latine: & poſt hęc fideliter tranſferret̃. In fine autẽ euangelij mandauit diſcipul̃ ſuis xp̃s ut in uniuerſo mũdo efficaciter euãgeliũ p̃dicarẽt. Quod ut pficere poſſẽt: dedit eis gratiã linguarũ/ & virtutẽ miraculorũ. Alcoranũ aũt arabice ſolũ ſibiipſi dicit a deo datũ eẽ: & ſaraceni firmiter credũt: nullũ poſſe hoc ſcire q̃ arabicã linguam ignoret: Sequitur autẽ nõ omnes ſcire arabicam linguam: neq; poſſe hanc diſcere: Scriptum autẽ eſt in Alcorano/ſicut & ante demonſtratũ eſt: nullum poſſe ſaluari/ prẽter eos qui ſunt in lege ſaracenorũ. Quare cõueniẽter quęri poſſet ſi ſolos velit Saracenos deus ſaluos fieri: & eos q̃ arabicam linguam ſciũt. Chriſtianorũ autẽ lex: quę ſcripta eſt in omnibus linguis: dicit/ꝙ deus vult omẽs homines ſaluos fieri. Saraceni igitur/qui ſolo nomine ſaluati dicunt̃: ſicut antedictũ eſt: & alij omnes qui ſcd̃m veritatẽ ſaluos ſe fieri volunt diſcant chriſtũ eſſe ſaluatorem: legantq; euangeliũ in quacũq; lingua volunt: & inuenient fere contraria omnia quę prędicta ſunt & demonſtrata ab Alcorano: Inueniẽtq;/ꝙ Moyſi lex & prophetę ipſum teſtant̃: & nullam eſſe euangelij cõtrarietatem: ſed potius complementũ & pfectionẽ omniũ aliarũ ſcripturarũ. Inueniẽt quoq; in euangelio ſtilum non metricũ vel rhythmicũ: ſed ſimplicem & cõmunẽ: non quidẽ propter ſimplicitatẽ ſcribentiũ/ſed ꝓpter utilitatẽ legentiũ: ut ab omni ſimplici & idiota cõuenienter intelligi poſſet: Modũ nõ habet aſſentatoriũ: neq; turpia/vel deſueta nomĩa: ſed cõmunia & honeſtiſſima. Fabulã autẽ omnino nullã cõtinet euangeliũ & ſi quaſdã aliqñ parabolas apponit/ex ipſa verbi cõſequentia manifeſte oſtendit̃/ꝙ parabolice loquit̃. Conuenit autẽ in ſententijs/non ſolũ cũ alijs ſacris ſcripturis: ſicut dictũ eſt: ſed etiã cũ philoſophis/qui de virtutibus/& de extremo hominũ fine demonſtratiue vel rationabiliter tractauerunt. Addit etiã quędã excelſiſſima/ad quę naturalis humana ratio non poteſt

Marci xvi d.

Laus euãgelij xp̃i.

ẽ ſtilo ſimplex.

nõ aſſẽtiũ
nõ ẽ turpe
ẽ cõſuetũ
nõ ẽ fabuloſum.
ẽ cõueniẽs
ĩ ſentẽtijs.
habet ex-
celſiſſima.

puenire. Et neq; aliqd dicit/cui quis demõstratiue possit in-
stare: quia cũ demõstratio cõtineat verũ: nihil potest esse ei cõ
non habet trariũ nisi falsũ. Speculãtibus aũt diligẽter/ nulla cõtradictio
cõtradictõ i euãgelijs cõtinet. Quare nõ solũ unũ euangeliũ cũ seipo cõ-
nes in se. uenit/sed etiã q̃ttuor interse in oĩbus necessarijs circa fidẽ sim
Cõueniũt pliciter cõueniunt: id est de incarnatiõe/ doctrina/ passiõe/ re-
inter se q̃t- surrectiõe: ascensiõe xp̃i/ & spiritussancti missiõe Etsi q̃ttuor
tuor euan- gelia in diuersis locis & diuersis linguis/nec nõ a diuersis au-
gelia. ctoribus a principio conscripta sunt/ ut ante dictum est. Qui-
dam tamen simpliciores existimauerunt in euangelio esse cõ
trarietatẽ: ꝓptereaq; illud qd' in vno euãgelio cõtinet' in alio
euãgelio non cõtinet'. Hoc autẽ nõ est cõtradictio: sed potius
dispẽsatio dei: quasi inspirante spiritusancto: ut quod ab uno
euangelista pretermissum est: alter dicat': quod autem ab uno
euangelista scriptũ est: nullus aliorũ trium negauit: vel cõtra-
riũ aliquid dixit. Sed hi quattuor non omnia opera: vel verba
christi cõscripserunt: sed solum quæ ad salutẽ sunt magis ne-
cessaria. Quomodo autem doctrina christiana perfecte mira-
culis sit cõfirmata: in septimo capitulo manifeste ante demon
stratum est: quare nõ oportet amplius in eisdem versari. Nul
lex euãge- la autem est in mundo doctrina vel lex: quę sic rationabilis ex
lica est ra- istat & perfecta sicut euangelica: quę omnes passiones radici-
tiõabilior tus auellit: Nõ solum inordinatã actionem & exterius verbũ
oĩ alia le- prohibet: sed & inordinatũ animi motũ/vel intrinsecum affe-
ge. ctum: sicut cõcupiscentiam: iram inordinatam: & similia: ex
quibus omnia mala exteriora sequunt'. Plantauitq; & conser
uauit oĩa bona in mandato ꝑfectissimę dilectiõis/dei videlicet
& ꝓximi. Habita em̃ amicitia & charitate ꝑfecta: q̃ ꝓpria bo-
na cũ alijs cõmunicare cogit: nõ ẽ necessariũ iusticiã quęrere:
q̃ nos inducit ad restituendũ aliena. Itẽ cõtinet euãgeliũ natu-
ralissimũ & ꝓprijssimũ mandatũ: Quęcũq; vultis ut faciãt vo
Aliud' ar'. bis hoĩes: & vos facite similiter eis. Quo solo habito: non est
ad idem. necessariũ aliud preceptũ respectu ꝓximi. Nõ solũ etiã verita
Matth. vij tem cõtinet euãgeliũ: sed sicut credũt xp̃iani doctores: si unũ
b. solũ mendacium in euangelio inueniret'/totũ euãgelium meri
nõ ẽ to suspectũ haberetur: sicut superius determinatum est in no-
mendax no capitulo. Violentiam autem nullã ꝑmittit euãgeliũ: quin-
nõ violẽtũ imo & ipsam violentiam/ & iniuriã patienter oportere ferre

ait: dicens: Si quis te alapis ꝑcusserit ad dexteram genã: verte & alterã: & si quis a te capiat pallium: ne ꝓhibeas eum/sed da etiam tunicã. Docet etiã ꝓ illata iniuria & odio beneficiũ & dilectionẽ reddere/dicens: Diligite inimicos vestros. Benefacite odio habentibus vos: & orate ꝓ malignãtibus/ & his q̃ vos ꝑsequunt̃. Nõ tamen hoc aduersat̃/si quidã christianorũ iniq̃ non seruant hęc omnia: Nõ enim iniquorũ peruersio ꝓhibet sanctissimę legis perfectionẽ & veritatẽ. Bene ordinatissima aũt est euãgelij doctrĩa: sicut ante demõstrandũ est decio in capitulo: & tpis ordine/& loci/& doctrinę/& materię: Incipit enĩ ab incarnatiõe christi/determinãs quę ad natiuitatẽ huius sunt cõuenientia: Et post natiuitatem cõuenienti tpe ostendit doctrinã & sapiẽtiã eius Et post hęc & potentiã & miracla: & deinceps passionẽ & mortẽ: ultimo autẽ resurrectionẽ / & in cœlos ascensionẽ. Sane nullũ malũ potest inueniri in doctrina tantę perfectionis: & si instabiles & indocti dicant/blasphemias quasdã in euangelio contineri: sicut de incarnatiõe christi & passione: Item de trinitatis mysterio: de quibus/ ut ante dictũ est: scriptum est in Alcorano: ꝙ ipsi reprobant quę non intelligunt. Certissima vero est lex euãgelica: quia certissime scit̃ q̃ tpe q̃ loco/a quibus hoĩbus cõscripta est euangelica doctrina. Certissimũ etiã est/ꝙ conuenientissime & facillime intelligibilis est: quia credenda prępont̃ ꝓ reuelationẽ dei: & non inuestiganda ꝓ rationẽ: ut simpliciores ad eam facile accedere possint. Item oportet scire: ꝙ nihil est in euangelio: qđ non possibilis sit a nobis intelligi: qui fidei lumine sumus adiuti: Et licet in se certissima: tamẽ ab omĩbus intelligit̃: sed ab humilibus solum: & humilibus corde: Superbi autem & carnales non possunt hanc intelligere: quorum intellectus sic se habet ad eam: sicut vespertilionis oculus ad solem. Sacri autẽ christianę fidei doctores non tanq̃ vespertiliones in nocte volant: sed attentis oculis tanq̃ aquilę: veritatis radios in seipsis contemplant̃: alijs autẽ ignorantibus: & rationẽ quęrentibus ꝓprię interpretant̃ fidei & veritatis mysteria: Et non dicunt eis: sicut in Alcorano in capitulo Ione: & in capitlo Elcapherim: ꝙ conueniẽs est saracenos dicere alijs nationibus quę nõ credunt: & contradicunt Alcorano: Mihi mea fides: & vobis vestra. Sed sunt parati ad responsionem cuicunq; poscenti ra:

Matth. v. f.

Luce. vi. e

Matth. v. g.

Euãgelica docrina ordiatissima

est certissima.

Est intelligibilis:

tionem de fide/& ſpe: quæ in eis eſt. Hoc aũt eſt ꝓpriũ ſapien-
tis: rationẽ & cauſam ſui operis reddere: Aliter enĩ quilibet fa
tuus poſſet legem cõdere/& concludere quicquid vellet: & di
cere: nihil oportet cõtrariũ credere his quæ ab eo poſita ſunt.

De Saracenorũ reſponſiõe ad p̃dicta: Cap̃. xvij.

Dhęc autem conant̃ reſpondere quidã ſuperſtitio-
a ſi & cõtentioſi ſaraceni/dicẽtes: Non dicimus ꝙ euã
geliũ nõ ſit a deo: cũ Alcoranũ hoc manifeſte teſteť:
Neq; dicimus impfectũ eſſe cũ a deo ſit: ſed tam ardua & pfe
cta cõtinet euangeliũ/ut nõ ſufficiat mũdus ea pficere. Quis
enim deũ ex toto corde/& ꝓximũ ſicut ſeipſum poteſt dilige-
re: Quis poteſt ꝓ pſequẽtibus & calumniãtibus orare: Quis
ex toto corde benefacere malefacientibus: Et alia quędam p-
fectiſſima mandat euangeliũ. Quoniã igiť non erat lex quæ
potuiſſet ſeruari: prouidit mundo deus per legem ſalutis: &
leuia fecit mandata: & dedit mundo Alcoranũ/quod minime
continet difficilia hęc: ſed facile eſt ad ſaluandũ homines per
ipſum. Vnde dicunt Alcoranum magis eſſe cõmune: & valde
ſufficere ad ſalutem mundo. Et ꝓpter hoc vocant Alcoranũ
antonomatice/legem ſalutis. Dicunt igiť/ꝙ Alcoranũ ſucceſ-
ſit quaſi loco euangelij: & quicquid boni erat in euangelio/to
tum eſt in Alcorano: & ꝙ iã non eſt opus euangelio. Sed hoc
Cõfutatio manifeſtũ continet mendaciũ: Non enim poſſibile eſt dicere/
adrñſionẽ ad tempus datum eſſe euangeliũ: ut puta uſq; ad Alcoranum
ſeraceno- & poſt hęc Alcoranũ ei ſucceſſiſſe ad ſalutẽ hoĩm: cũ alcora-
rum. nũ manifeſte teſteť: ꝙ in euãgelio eſt deductio & ſalus. Prętе-
Aliud ar. rea nõ põt dici ꝙ poſtq̃ dedit euãgeliũ/aduertit ꝙ mũdus nõ
poterit ipſũ ſeruare: & correxit ſtilũ/& tẽperauit pręceptũ: ut
deus facta noſtra putet ab euentu: Sciebat enim deus a princi
pio: & quid euangeliũ continet: & quid homines ferre poſſũt
Aliud ar. Prętera & ipſum Alcoranũ dicit: ꝙ nihil ſũt ſaraceni/niſi ad
impleant euangeliũ & legem Moyſi: ut ſuperius dictum eſt:
Chriſtiani aũt ſolũ euangelium adimplere debent. Item quõ
Aliud ar. poſſet euangeliũ perfectũ dici/ſi non poſſet ſcd'm vires ab ho
minibus ſeruari. Item ſi perfectũ eſt euangeliũ/& ad ſalutem
neceſſaria cõtinet: quid obſtat ſi quędã alta cõſilia continet/q̃
magnę perfectionis exiſtant: hęc tamẽ nõ dicit neceſſaria eſſe
Aliud ar. ad ſalutẽ. Itẽ quantũ quęq; lex magis remiſſibilis eſt/tantũ eſt

per ſe minus mereede digna. Si igit̃ Alcoranũ eſt remiſſibilior q̃ euangeliũ: nõ ergo ſimiliter eſt ad ſalutẽ efficax: Nõ em̃ dedit deus legem minoris efficacię & ad ſalutẽ laborioſiorem Et cõſtat in Alcorano/q̃ & p̃ ipm̃ Alcoranũ dęmones ſaluari poſſũt: ut ſuperius manifeſtũ fuit in ſeptimo capitl̃o: q̃ nõ poſſunt ſaluari per euãgeliũ: Eſt igit̃ Alcoranũ magis ſalutare q̃ euangeliũ: ergo & laborioſius & difficilius: Itẽ ſi Alcoranũ facilior lex eſt & piculoſior: maiore reꝑhenſiõe dignũ erit eam nõ obſeruari: Sed ſaraceni eam non ſeruant: periculoſius igit̃ peccat: q̃ autẽ eã nõ ſeruant/nec cõplent: manifeſtũ eſt: Bibũt em̃ vinũ & inebriant̃: comedũtq̃ illicita apud eos: Nõ ſeruãt ieiuniũ/neq̃ orationẽ: neq̃ expendũt iuxta eorũ facultatẽ: & alia multa/quæ melius ſcit q in cõuerſatione inter eos experientiã horũ capit. Siue facilẽ hanc dicũt: ſiue difficilem/periculũ nõ euadũt. Sed in veritate/Mahometus conatus eſt quidẽ facilem legẽ dare: non tamẽ p̃miſſũ eſt ſic calamũ temperare/q̃n difficilia multa interſeruerit: Continet em̃ lex illa difficultatẽ multã ad eã intelligendã: Dicit̃ enĩ in Alcorano/ q̃ a ſolo deo intelligit̃. Hoc aũt quõ ſit irrationabile/manifeſtũ fuit in octauo capitl̃o. Item cõtinet etiã difficultatẽ ad credendũ: Dicit em̃ virginẽ Mariã peperiſſe Ieſum: & deũ habere verbũ & ſpiritũ ſanctũ: quæ neceſſaria ſũt ad noſtram fidẽ: & tamen miraculis cõfirmata. Itẽ difficilis eſt ꝓpter opera adimpleri: ſicut circũcidi: & nõ bibere vinũ: & cauere ebrietatẽ p̃ ciceram: & alia quę ſunt de ieiunio & oratione: & de collatione cuilibet ſcd̃m facultatẽ ſibi datam a deo: & multa alia/quę pauci ſaracenorũ ſeruant. Sicut igit̃ fuit mundo neceſſariũ/q̃ alleuiarentur p̃cepta euangelij/& daret̃ Alcoranũ leuius: ita poſſet dici a baliquo: q̃ eſſet neceſſariũ/ut daret̃ alia lex leuior/quę poſſet ab hoĩbus obſeruari: & tam euãgeliũ q̃ Alcoranũ deleren tur. Vel ſi pauci ſaluarent̃: eſſet culpa dei/qui talẽ legẽ dedit quã hoĩes ſeruare nõ poſſent: q̃ ſi hoc eſt incõueniẽs: ſtandũ eſt in primo/ſcilicet/q̃ euãgeliũ ſit lex a deo ſanctiſſima pariter & obſeruabilis mundo: & quę vires hoĩm nõ excedit.

Aliud ar.

Alcoranũ difficile ẽ.

Aliud ar.

Aliud ar.

Telos

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id455246963/72

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id455246963/74

Msc. Dresd.
A 130a

Msc. Dresd. A 130 a

(Früher Fl. Turc. 521)

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id455246963/75

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id455246963/76